

TROMOCRATIA LVTETIAM OPPVGNAT

TREDECIMO DIE MENSIS NOVEMBRIS ANNI MMXV

ITERVM, POST VNVM ANNUM CAEDIS IN DIARIO CHARLIE HEBDO, TROMOCRATES MVSULMANI MORTEM ET RVINAM IN LVTETIAM AGVNT.



OCTO TROMOCRATES IN LOCIS VARIIS VRBEM LVTETIAM SIMVL OPPVGNAVISSE VIDENTVR. ADHVC CXXVIII HOMINES MORTVOS ESSE ET CCL VVLNERATOS, QVORVM XC VALDE AEGRI SVNT, DICITVR. NON SOLVM CIVES PARISIENSES ICTV TROMOCRATICO TERRITI ET COMMOTI SVNT, SED ETIAM TOTA EVROPA ET OMNES NATIONES DEMOCRATICAE.

HODIE CONCORDIAM NOSTRAM, FRATERNITATEM ET SOLIDARITATEM POPVLO GALLICO PROCLAMARE VOLVMVS. HODIE OMNES GALLIA SVMVS, HODIE OMNES LVTETIA SVMVS, HODIE OMNES HOMINES QVI PER LIBERTATEM SEMPER PVGNABIMVS SVMVS.